Quelle: http://manuscripta.at/?ID=5639
Copyright: Herzogenburg, Augustiner-Chorherrenstift

De capitulo culparum de modo petendi veniam
Vicesimum quintum capitulum

Ut dignitas inter fratres maneat inte-
merata ne quis inter prepositos et su-
bditos sint fomenta discordie in unum
nisi aliud necessitas exigat festalibus
diebus vel occurrente impedimento simplicia nove
lectionum die expedit convenire in unum ut de
emergentibus causis disceptacione premissa salubrius
tam ecclesiastice et claustrali observancie sit con-
sulendum quociens propter hoc et preterea convocantur et votorum
sentencia suscipiat prelatus quo ipse vel eo absente
decanus singulis septimanis celebret capitulum
audiendo culpas omnium fratrum post primam aut
post sextam si maius tempus non vacat numquam aut
post matutinum vel post completorium. Raro celebra-
tur tamen diuciorum non multum tractate de exte-
rioribus rebus sed tunc ad aliud tempus aptum reservare
expedienda. Possunt etiam in cottidianis capitulis
culpe proclamares proprie absque generali culpa-
rum proclamacione. Prelatus in capitulo sedet in medio
decanus autem vel vicarius capitulum celebrans rema-
neat in loco sibi consueto qui post salutacionem fratribus
dicens Benedicite. Cum conventus respondet dominus et pro-
sequitur Benedicat et custodiat nos omnipotens
et misericors dominus. Benedicamus amen et sic cum in
cathedra sint soluunt silencium. Quo soluto dicat
presidens. Dilecti fratres habetis aliqua necessi-
tate vel si sint alia tractanda proponatis